

# CONSTITVTIONES,

SIVE STATVTA MAGNIFICÆ

CIVITATIS ANCONÆ,

NOVISSIME DECRETO SENATVS

*Impressa, Et ab innumeris propemodum mendis quibus*

*scatebant, purgata.*



*Hosiles qui sepe minas hoc contudit Ense,*

*Te monet adversas nil trepidare minas.*

*Assano  
Ant. Jacony de  
Patris Romany  
et Anconitany*

*Museo  
Valentibus  
et in h'oe. Dow.*



ANCONÆ.

*Excudebat Astulfus de Grandis Veronensis. M. D. LXVI.*

Ex Bibl.  
A. F. de  
Valentibus  
Subdat.º



Et in emendatione damni. Et in supradictis casibus vniciq; liceat accusare, & accusator teneatur secretus, & lucretur tertiã partem dictarũ pœnarum, tertiam partem officialis de eis faciens executionem, & aliã tertiã Cœ.

*Quod Bestie comitatuorum non pascantur in pertinentiis ciuitatis.*

Rub. 17.

**S**TATVTVM, Et ordinatum est: q̄ Comitatu Ciuitatis Anconæ non possint, nec debeant venire ad pascu-  
lãdum in territorio, & senatis dictæ Ciuitatis cum eorum animalibus; sub pœna quinquaginta duc. pro quo-  
libet, & qualibet vice. Et istud statutum non intelligatur pro ciuibus distæ Ciuitatis.

*De Pœna damnum dantium cum canibus in vinea.*

Rub. 18.

**S**TATVTVM, Et ordinatũ est: q̄ si quis dederit damnum in vinea cum canibus à medio mense Augusti, vsq;  
ad medium mensem octobris, incidat in pœnam decem lib. pro quolibet, & qualibet vice. Et q̄ omnis per-  
sona quæ habet canes, teneatur, & debeat in supradicto tempore retinere canes ligatos in eorum propriis man-  
sionibus; adhuc vt tales canes nequeant in vineis damnum facere; & dictis canibus (durante dicto tempore) te-  
neatur, & debeat vncos, seu vncinos attraccare ad collum, sub pœna, & ad pœnam centum sol. pro quolibet, &  
qualibet vice, qua fuerint dicti canes inuenti sine vncinis; vel non ligati. Et si fuerint inuenti in vineis cum vnci-  
nis, incidant in pœnam quinq; sol. pro quolibet, & qualibet vice. Et q̄ domini dictorum canum non possint di-  
ctos canes dare pro noxa. Sed teneatur soluere pro canibus ipso iurẽ, & de facto dictam pœnam. Et vnusquisq;  
possit tales contrafacientes accusare, & denunciare; & lucretur tertiã partẽ pœnæ: Declarantes q̄ dictus vncinus  
debeat esse longitudinis vnus pedis cum dimidio Cœis. Et vncinus debeat esse longitudinis medi palmi Cœis.

*De Arboribus facientibus vmbra noxiam in possessione vicini.*

Rub. 19.

**S**TATVTVM, Et ordinatum est: q̄ si sepes alicuius possessionis, vel arbores non fructiferæ stantes in sepibus  
facerent vmbra noxiam, vel aliud impedimentum in possessione sui vicini; q̄ officialis habens cognitio-  
nem de prædictis, teneatur pœna decem librarum, accedere ad videndum locum, si fuerit requisitus. Et (si sibi  
videbitur) facere incidi dictas arbores, & sepes ad petitionem talis vicini, vel eius laboratoris, seu familiaris, &  
eamdem pœnam incurrat ille cui fuerit præceptum per officialem q̄ incidat, si non obedierit, et nihilominus li-  
ceat eas incidi sine pœna cum licentia officialis.

*De Arboribus oliuarum conseruandis.*

Rub. 20.

**S**TATVTVM, Et ordinatum est: q̄ nulla persona audeat, vel presumat tempore pluuiarum, & nebularum, aut  
dum oliuæ balneatæ sunt. Neq; ante Kalendas Nouembris; colligere fructus ipsarum pro molendo, neq; di-  
ctas arbores oliuarum potare, nisi tempore congruo potandi; sub pœna quadraginta sol. pro quolibet, & quali-  
bet vice. Et Potestas, seu officialis possit procedere per inquisitionem, accusationem, & inuentionem, et si fuerit  
negligens, soluat nomine pœnæ decem libras.

*De Non pascendo cum capris in monte Conero. & non venando in siluis fluminis Exini.*

Rub. 21.

**S**TATVTVM, & ordinatum est: q̄ nulla persona cuiuscunq; status, & conditionis existat; audeat, vel præsu-  
mat aliquo modo pasculare cum capris in monte conero Communis Anconæ, et si secus factum fuerit, inci-  
dat in pœnam decem sol. pro qualibet capra, & qualibet vice, et q̄ nullus possit venari, seu cacciare in siluis flu-  
minis exini, sine licentia M. D. Antianorum, sub pœna, & ad pœnam viginti duc. pro quolibet, & qualibet vice.  
Et vnusquisq; in supradictis casibus possit accusare, & denunciare, & nomen eius teneatur in secretum; & lucre-  
tur tertiam partem dictæ pœnæ. Et Potestas teneatur inquirere contra tales delinquentes; & procedere, & pu-  
nire de facto tales delinquentes in supradicta pœna.

Constitutiones, siue statuta benè institutæ Reip. Anconitanæ, Decreto senatus impressa, fœliciter  
finiunt ad laudem, & gloriam summæ Trinitatis, & omnium Sanctorum, præsertim Diui  
Chiriaci, Liberii, Marcellini, & aliorum huius almæ Ciuitatis Protectorum,  
atq; ipsius Reip: conseruationem, & augmentum.

Excudebat Anconæ in ædibus publicis Astulfus de grandis Veronenfis;  
Anno Domini à Christo nato M. D. L. XVI,  
Idibus Nouembris.



20553

